recognitam tam in toto quam in quavis minima parte approbat confir-
mat ratificatq[ue] provatq[ue] et grata firma et valida actis perpetuis re-
cognita esse suscipit, eiusmodiq[ue] bona et ligamente in se et suos successores
reassumit Personali sua recognitione ad id accedente.

Srzednicky et Dzielnicka coniugum. Introm.

Coram officio et actis praesentibus personaliter stans Ministerialis Ge-
neralis Regni Providus Baltsazar Piotrowsky authenticus et veracis
una cum N[obi]l[i] Valentino Gierałt et Baltsazara Piotrowsky palam pu-
blice recognovit. Quia feria sexta post Dominicam Conductus Paschae
proxime p[raeteri]ta condescendendo ad bona Gierałty nova eidem Ntem Ada-
mum Srzednicky et Alexandram Dzielnicka coniuges in bona certa mo-
bilia et immobilia eidem coniugibus per Ntem Annam filiam ol[im] Alberti Gie-
rałt contem Nobilis Simonis Mikowsky cum eiusdem mariti assistentia personali
tam modo donationis quam et commutationis tum etiam et obligationis coram actis
praesentibus inscripta eorundemq[ue] bonorum utilitates et attinen-
tias iuxta tenorem continentiam eiusmodi inscriptionis nemineq[ue] alio tam
in bonis quam hic circa acta impugnante intromisit investivit et in
possessionem pacificam contulit. De quo Relatio praesens.

Szepietowsky Demissio.

Coram officio et actis praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[eatus] Branscen[sis] p[erso]n[alite]r comparens
Nobilis Jacobus ol[im] Sebestiani Mystkowsky sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim Georgij
Szepietowsky et ipsius posteris obligationes binas unam per Nobilem
Thomam olim Baltsazari Szepietowsky in summa duodecem sexagen[arum]
polon[icalium] super bona Plewsky coram actis hisce inscriptam aliam vero per No-
bilem Annam olim Thomae Szepietowsky contem Nobilis Alberti Jan-
kowsky in decem sexagen[arum] polon[icalium] coram actis Terr[estribus] Branscen[sibus] inscriptam
cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis pariter in suam possessione
pacifica, ligamentisq[ue] in originalibus inscriptionibus contentis de-
mittit et de bonis condescendit. Omneq[ue] et integrum ius suum sibi ad p[rae]-
missa serviens in personam eius plenarie et ex integro transfert et trans-
fundit in intromissionem illi ex nunc realem cum pacifica possessione per Ntem Regni
Generalem et Nobiles duos officio acceptandam dat et admittit.

Reverendi Kuczynski Cessio.

Coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[eatus] Branscen[sis] personaliter compa-
rens Nobilis Stanislaus Jonorowsky sanus mente et corpore existens palam
publice ac libere verbisq[ue] per expressis recognovit. Quia Admodum Reve-
rendo Sebestiano Kuczynsky de inscriptione certa principaliter per No-
bilem Calixtium Casimirum Kruszewsky Nobili Stanislao Casimiro Pułasky
super summam sedecem floren[orum] polon[icalium] coram actis praesentibus modo debito esse facta
et recognita tandem sibi recognoscenti per p[rae]fatum Nobilem Stanislaum Casimi-
rum Pułasky super eandem summam coram actis hisce cum omnimoda potesta-
te et plenaria facultate eiusdem summae recipiendae transfusa cedit et

[illegible]